Z ℓ
3655

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-96510-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-96510-p0002-7

QK. 340, 19.

Ze 3655

CARMINA

Auſpicatis Nuptiarum honoribus,

Ornatiſsimi ac honeſtiſſ.

Viri-Juvenis,

Dn. SIMONIS SCHRODBERGERI,

Ampliſſ. ac prudentiſſ. viri, Dn. ANDREÆ SCHRODBERGERI, *Senatoris & Ædilis quondam Torgenſis ſolertiſſ. piæ recordationis, relicti Filij,* SPONSI,

Ejuſdemque, pudiciſſimæ ac lectiſſ. virginis,

SABINÆ,

Spectatiſsimi & optimi viri

Dn. CHRISTOPHORI VVEISS, Quæſtoris Torgenſis vigilantiſſ. Filiæ SPONSAE;

Torgæ 8. Auguſti die Anno 1615.

CELEBRATIS

CONSECRATA.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

LIPSIAE, Excudebant hæredes VALENT. am Ende.

Anno Chriſti M. DC. XV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-96510-p0004-8

INtempestivum, tædas celebrare jugales
Dum sitiens canos Syrius urit agros;
Scilicet hæc Vulgi est malè sani fabula; verùm
Schrotbergere tibi mentem aliam esse placet.
Nempe tui thalami qui fundus & auctor, Jova,
Haut eget ullius temporis arbitrio.
Ille sibi parili nympham conjunxit amore,
Cui castus rosco splendet ab ore pudor.
Cui Pallas variis mentem ornat dotibus, & quæ
Pomum Eridos Veneri fecerit ambiguum
Quid supersit? media vel sparsas semina messe;
Hinc Ver te optatâ (Dii date) fruge beet.

Johannes Bornisius J. U. D.
deproperabam.

Conjugio, fateor, sua sunt incommoda, Sponse,
Pocula tristifico & persæpè bibuntur aceto
Perfusa; hinc multi moti sua subdere colla
Nolunt, ceu Sathanam fugientes vincula casta:
Verùm quæ fuerant incommoda commoda fiunt
Haut rarò, sociam si vir tractabit amanter.
Ergò laudandus SIMON SCHROTBERGER *amice,*
Quod sordet tibi nunc innupta licentia vitæ;
Et tibi cum cornu benedixit divite rerum
Jovah, quod ex multis sponsam hanc selegeris unam

Ornatam, cum quâ coëant in fœdera dextræ.
O felix nimiùm! tantis cui dotibus auctа
Ingreditur thalamum, & pectus ſuccendit amore.
Hoc procis minimè potuit contingere multis
Hactenus, ex animo ſaxum licet omne moverent.
Sic tibi lætificum tandem poſt triſtia tempus
Redditur, auſpiciis procedunt́q; omnia fauſtis.
Te non pœniteat, SIMON, iterаſſe petita.
En pulchras roſeaſq́; genas, vultuſq́; nitorem!
Non ſic vere novo candentia lilia fulgent,
Hæc faciet tibi ſint ut ſuavia tempora vitæ,
Rebus in adverſis erit hæc ſolamen amicum,
Hæc varios morbos valido medicamine tollet;
Non mirum eſt quod nunc ſolvas in gaudia mentem.
Non ornat ſponſam pretioſa monilia, gemmæ,
Non aurum; virtus ſed quæ præſtantior auro.
Eſt aliquid fulvi monſtrare talenta metalli:
Aſt magis eſt pietas, probitas, & vita pudica.
Hæc ego præſtanti theſauro præfero Cræſi,
Pactoliq́; auro, flumen quod vectat amœnum.
Sponſe domi maneas, tibi fornax pulchra parata;
Accede hunc ignem, plus quam ſatis inde caleſces.
Nunc precor ut peragas læto connubia plauſu;
Sit ſtabilis felixq́; precor conjunctio veſtra!
Nunc veſtrum ſervet felix concordia lectum!
Et matriq́; patri nunc gaudia mille parate.

M. Sigiſmundus Badehorn,
Eccleſiæ Torgenſis Diaconus.

SPonſe petis mea ſubjiciam quoq; vota preceſq́;
Accipe nunc ergò vota petita diu.
Cum ſic decernente DEO, ſocialia ſacra
Concelebres hodiè, gratulor ipſe tibi.
Autor conjugii qui EVAM conjunxit ADAMO,
SABINAMQ; tuo conſociat thalamo,
Veſtraq́; connectit caſtis præcordia flammis,
Atq; comas ornat floribus eximiis,
Fortunet vos pace pia, vos prole, ſalute
Corporis atq; animæ, quæ tria ſufficiunt.

M. Iohannes **Richter** *verbi miniſter Torgæ.*

AVrea conjugium res eſt, precioſior auro
Res eſt, quæ ſuperat totius orbis opes.
Nam conceſſus amor pellit vetitos Hymenæos,
Nec ſinit illicito pectora ab igne coqui.
Ille duos unà multos concorditer annos,
Ille duos una vivere mente facit.
Ille tegit nævos omnes, & quicquid amari
Invida conſorti ſors dedit, ille tegit.
Ergò ego jam grator præſentia gaudia, Sponſe,
SCHROTBERGERE tibi &, Sponſa SABINA, tibi.
Tu modò pars hominis tantummodò, Sponſe, fuiſti:
Sed nunc acceptâ es conjuge totus homo.
Quicquid honoratâ fas eſt in virgine quæri,
Id tua ſponſa ſatis convenienter habet.
Si formam quæris, nihil eſt formoſius illa:
Si mores: Pallas docta magiſtra fuit.

Quàm casta & pia sit, pius est pater, optima mater,
Rarò degenerant arbore poma sua.
Quis te felicem, quis te neget esse beatum,
Hac tibi cùm liceat commoditate frui!
Hanc igitur sponsam, quam dat tibi trinus & unus,
Dilige, ceu sociam primus amavit Adam.
Vos nexu DEUS unanimi conjungat amantes,
Fœdera conjugij sint rata vestra, precor.
Ducite tranquillam talem sine crimine vitam,
Qualem cum casta compare turtur agit.
Instar frugiferæ vitis fœcunda sit uxor,
Uberibusq́; bonis ambiat illa domum.
Instar olivarum casti pia pignora lecti,
Jucundo mensis agmine consideant.
Non bona deficiant, quæ vitæ postulat usus;
Vobis, ære manus sint, dape mensa gravis.
Vivite longævi superantes Nestoris annos,
Atq; Sybillinos Mathusalæq́; dies.
Præcipuè verò PIETAS in corde gubernet
Vestro, qua sine nil est stabile atq; bonum.
VIRTUS divitiis est anteferenda caducis:
Hæ pereunt, omni floret at illa die.
Denicq; det vobis ex hac cum prole beatum
Vitâ discessum summus in orbe DEUS.

M. Casparus Hübenerus, Ecclesiæ
Christi apud Torgenses Diacon.

DUm nuptialem VVeissius apparat
Gnatæ (benignô quod faciat DEÔ)
Solemnitatem: nos relictas
Adjuerit renovare curas. O san-

O ſancta ſancti fœdera Conjugî
Quæ ſumma divo concilio Trias
Sanxit, nec abſe ſprevit ipſe
Filius exſequier JEHOVAH,
Caſtam puellam primigenæ viro
Donare gaudens. Diſputet improbè
Mordax Synopeus feminarum
Illud acuta loquens flagellum:
Si colloquatur femina feminæ,
Tradi venenum viperæ ab aſpide.
Scurrile cur nos os jubere
Res ſibi habere ſuas amarem?
Quæ cauſſa parvam cur tibi ducere
Viſum maritam? quod minimum è malis
Elegi. In hoc auſis negare
Mortua quin ſophie aut ſepulta?
At dixit olim cui dedit aureum
Os grande nomen: Bellua bellua
Hoc vivit in toto orbe nuſquam
Cui mala femina comparetur.
Dixit: ſed idem dixerit in viros
Quin hoc & illud legeris. Et placet
Pravas notari feminarum:
Quid tibi Siracides in aurem?
Inter Leones vivere des; amem:
Inter dracones: ſt! mala femina!
At noris unam, noris omnes,
Dicere: grande nefas! malignum!
Nuper (ſceleſtùm) pagina publica
Sic diſputavit: Femina non-homo eſt.

O diſpu-

O disputatorem exsecrandum!
O suo non nisi matre dignum!
Sed cesso laudes dicere feminæ
Cui sancta vitæ sint studia? è DEI
Hæc ore dicam: non benignum est,
Se nisi neminem Homo sodalem
Possit tueri: subsidium placet
Ipsi creetur Femina. Pessime
I nunc & aude criminari,
Quæ tibi subsidium creata est.
Quæ lingua fata est? Femina nobile
Virtute pollens duplice: & in DEum,
Et Conjugem: hinc quoscunq; possit,
Quà licitum fuerit, juvare.
At plura parco. quò subus unio?
Quicunque videt femineum genus
Mordace dignus deperire
Dente animalculi uti minuti,
Sic sanguisugi & multipedis: placet!
Est, criminari Conjugium quibus
Audax voluptas qualis Hermes
Roma tuus Papa (nonne Verres?)
Laudare nemo Conjugium potest
Qui matre natus Thaïde. Dæmonum
Doctrina despectum ire castum
Conjugium: potes esse Dæmon.
Laudare sanctum est femineum genus,
Laudare fœdus Conjugii pium est.
O sponse tu sententiarum
Esse figura potes mearum.

Te

Te matre natum non fugit optimâ,
Socrum parentem diligis alteram,
Castam puellam multa gaudes
Ducere. Fac Pietate dignum
Huc destinetur Maxime præmium
Subscriptor ô qui Conjugii DEus
Et fundus. ô nil hunc maritum
Excruciet, nihil hanc Maritam!

χέδιον

Johannis Schlegelii Diaconi Dommitschiani,
No. Pas. Czü. σωὶ θεῷ.

ME licet arenti delasset Sirius æstu,
Ut mea vix ullo vena lepôre fluat:
Attamen haud Sponsis sponsalia metra negabo,
Sed pro prolixo carmine vota feram.
Sidere Felici sit juncta SABINA SIMONI,
Circumdent socium Paxq; Salusq; torum.
Concordes crescant, & multiplicentur amantes,
Multiplicando Solum multiplicentq; Polum.
Hoc votum DOMINUS faciet firmumq; ratumq;;
Si sequitur nomen Sponsus uterq; suum.
Si Simon fuerit; si jussa sequetur JOVÆ;
Sponsaq; si DOMINUM relligiosa colet.

M. Abrahamus VVunschaldus.

EPIGRAMMATA
GREGORII KLEPPISII,
Poetæ Laur. Cæs.

I.
DE Dn. SIMONE SCHROTBERGERO, & SABINA VVEISSIA, Sponsis.

SUnt pariles patriâ SIMON, SABINAQ; : sunt &
Ambo pares formâ; viribus ambo pares :
Ambo pares animi donis & corporis : ambo
Sunt & honore pares; sunt & amore pares :
Ambo pares ut sint Veneris dulcedine : noctu
Ambos carnem unam lectus & unus habet.
Lectus is electus : Deus imple hunc divite cornu,
Ut patri & matri proferat iste pares.

II.
IN NUBEM, Apparentem super Thalamo.

QVid contracta super thalamo vult, VVEISSIA, (nubes?
In te nocte pluet prolifera imber aquâ!
SCHROTBERGERE, tegas Sponsam tu pallio Amo-
Aut dabit oscula nimis tunc madefacta tibi! (ris:

III.
Ad SPONSUM de SPONSA.

QVi tibi commendat versu, nove Sponse, SA-
BINAM:
Ostendit Solem, quem videt omne Videns!

IV. Ad

IV.

Ad VVEISSIAM.

DUlm, SABINA, sinu te fert SCHROTBERGER &
ulnis;
Te docet ipse tuum ferre, SABINA, virum.

V.

JUveni suam jam Filiam dat VVEISSIUS,
Amatus optimis, amans vir optimos,
Carus DEO, DEUM timens, colens Ducem.
Sed quæ Viro huic danda est remuneratio?
Et Filiis ejus (videbitis, boni!)
Alii Patres dabunt vicissim Filias.
Augebitur sic hinc & hinc Stirps illius
In plurimos ramos, quibus Benedictio
Divina defutura nullo sit die!

VI.

Ad VALERIUM Stubenrauch *Not. Publ.*

ARefacit pennam, siccat chartam, cbibit urens
Æstu atramentum Syrius omne mihi.
Et tu mireris, cur jam tàm pauca, VALERI,
A me ad SABINAE Carmina scripta torum?
Tu nisi in Autumno; vel in ipso tempore Brumæ;
Vel læto in Veris tempore Sponsus eris:
Nulla tuum ad thalamum meditabor carmina: cujus
Jam sat maturè te monitum esse volo.
Interea Hospitibus mordentem lumina fumum
Pelle procul pôclis; sed vacuato prius.

WEissias (ò pulcrum ô ter dulce viraginis an-
Gaudet se casto dedere conjugio: (thos?)

Scilicet ut visum est Patri Matrique verendæ,
Ut placuit Summi Numinis arbitrio.
O bene quod cæptum quidni succederet æquè?
Et bene succedant omnia quæso DEUM.
Quæso, DEUM casto præsit Concordia lecto;
Omnes prosperitas adsit amica dies:
Vita sit in longos durans feliciter annos.
O DEus hæc & quæ relliqua cuncta dato?

Laurentius VValter Notarius Publicus, Archigrammateus Quæsturæ Torgensis, &c.

Syrius ad finem vergit, calor atque remittit,
Rusticus & paulùm grande reponit opus,
Amplius haud adeò sudore, laboreq; campi
Fervet, sed frugum gaudia læta capit.
At novus insurgit calor inflammatus in arvis
Cypridos, & labor hic molle requirit opus,
Hactenus in varios sua Spicula Syrius agros
Torsit, & ad votum prospera lucra tulit,
Non minus & Veneris Puer in sua prata calores
Sparsit, & ardentes pectoris ussit agros,
At Puer hic placido lenimine mitigat æstus,
Et facit ut vires ignis ab igne trahat.
Egregius sanè medicus puer, alter Apollo,
Qui curat mirâ vulnera cordis ope,
Admovet Emplastrum calidum curando calori,
Frigida sanari membra tepore sciens,
Torga sat egregiâ Puerum jam sentit ab arte,
Post calidum gaudens frigiditate frui,

Qua-

Quærit in urbe locum per vota Caloribus aptum,
Quærit, & ex votis invenit, intrat, amat,
Ac SCHRODBERGERUM *Comitem sibi jungit & addit.*
Præparat, ac blando monstrat amore viam,
It præ ductor ovans, socio Comitatus anhelo,
Pectoris exoptans exhilarare sitim,
Dicit anhelanti: quid nunc Comes inclyte poscis,
Num tibi vis Cereris spumea pocla dari?
Non ita, sed dicam: da vina, SABINA, *propina,*
Dulcia nemo magis, grata magisq; dabit,
Gutture vina capit, sapit at mage corde SABINAM,
Ima per ossa vigor redditur, urget amor,
Protinus exultat ductor, ceu doctor & actor,
Qui puer insigni calliditate valet,
Nec minus ipse Comes Juvenis SIMON *acer & ardens,*
Sic hilari veteris more Simonis ait:
Nunc, pater alme, mei sedasti pectoris æstus,
Ceu tua promisit vox rata, Speq; mihi,
Nam mea ceperunt sua gaudia lumina cordis,
Gaudia præ reliquis ritè parata mihi;
Quæ lætæ mihi sint suavissima lumina mentis,
Ac Verbi perpes gloria, lausq; tui.

Hisce novis cæptis quis non successibus hisce
Lætificis plausu prospera vota ferat?
Ipsus ego licet haud SPONSO *sim notus ab ore,*
Aut exploratâ junctus amicitiâ,
Not a tamen soceri pietas mihi constat amica,
Integritasq; viri, candor & ingenuus,
Hinc me non potuit, licet absens, Musa tenere,
Quin grater Sponsis per bona verba bonis:

Accipiat SPONSUS, *quo ſcripta fuêre, ſereno*
Hæc animo, plauſu, lætificoq́; modo,
Torga quot exhaurit bona pocla per ora, per ora
Aut mittit variis evacuanda ſcyphis,
Tot bona contingant, tot & optatiſſima SPONSIS
Per bona vota bonis, per pia fata piis.

Mauritius Hintermeier.

QUantumvis mihi donorum ſit curta ſupellex,
Namq; decet magnos pramia magna dare:
Ne tamen ut careant Neonymphi munere quodam:
Sit donum Proles, Paxq́;, Salusq́; meum.
Det Deus in pace ut vivant concorditer ambo,
Et ſit eis ſoboles multa, Salute bonâ.

Andreas Händel Miſn.
Not. Publ.

Ad ſororem Sponſam.

O mea perpetuô tibi ſit germana benignè:
Sic nobis hodiè gaudia mille paris,
Ut Sponſus Sponſam venerandam ducit ad aram,
Gaudeo & ex animo proſpera cuncta precor.

SEy Gott gelobt in Ewigkeit/
Jetzt haben wir erlebt mit frewdt/
Meinr Jungfern Schweſter Ehrentag/
O Gott mich ja erfrewen mag/
Nun ſich mein Gbet zu Gott thut kehrn/

Seiner

Seiner Genaden zu begehrn/
Creutz/ Trübsal er heiß ferne seyn/
Rechte Lieb allhier pflantze ein.
Ohn vngmach das haußhalten sey
Thu sich zu glück als schicken frey.
Bleib aussn Asmodi, komme nicht/
Englischer Schutz hie wiedr dich ficht.
Reine Lieb vnd trew im Ehestandt/
Geht selten jetzt durch alle Landt.
Ewre hertzen Gott allezeit/
Regiere zur einmüthigkeit.

Segne euch Gott mit Leibes frucht/
An die jhr möcht wendn trewe zucht/
Bringt jemand eine Fabl getragn/
Ihn thut so balden von euch jagn/
Nichts wil der Teuffel lieber han/
Als die Eheleute fechten an.

VVeißlich derwegn ist vnd Christlich/
Einander recht vertrawen sich.
In Gebeth Gott fürs Teuffels macht/
Stetig zu flehen mit andacht.
In Gottes nahmen als gerath/
Niemand solchs anfangs gerewt hat.

Bartholomæus vveiß. Torgensis
Sponsæ frater, f.

Nunc

NUnc lira, nunc lætæ reſonent ſub pectine chor-
Feſtum hodiè peragit conjugiale ſoror. (dæ:
Nunc mens, nunc hilares ſaltent ſub pectore fibræ,
SCHROTBERGERE, tibi: jamq; SABINA, tibi.
Gaudia vult feſtum hoc & riſum: promito plauſus
Tu, mea dextra, tuos; tuque, ſiniſtra, tuos.
Phœbe, diem purum da tu: ſine fece ſerenos
Da mille his, thalamum qui ſubiêre, dies.
Tu, DEus ex Sion, divinæ gratiæ ocellum
Ad Sponſum ad Sponſam flecte reflecte tuæ.
Quicquid enim ille videt, fit lux & gaudia: quicquid
Non videt, obſcuras vertitur in tenebras.
Sponſus cum Sponſâ tibi fert jam vota preceſq;:
Te quoq; amicorum carmina ſacra rogant.
Talibus eſt & opus: thalamis nam damna parare
Hoſtis conjugii nocte dieq; ſtudet.
Iſta ſacris precibus, quîs nos armamur in omnes
Caſus, à ſacris ſunt abigenda toris.
Has offerte DEO nobiſcum, & proſpera quævis
Sperate: in res ſpes veſtra abitura bonas.
Sponſe, & Sponſa, tuum pectus ſcintillat amore:
In thalamo ex illo prolifer ignis erit.

Georgius VVeißius Torgenſis,
Sponſæ frater.

AVff Vatters vnd der Mutter rath/
Die Schweſter ſich verehligt hat/
Vnd ſoll ſolchs Ehrenwerck mit freud
Gebührlich werdn vollzogen heut.

Herr

Herr Gott zu dir ich wende mich/
Vnd ruff dich an demütiglich/
Gieb diesn Eheleuten langes Lebn/
Gesundheit/ einigkeit beneben/
Glück/ Heil vnd Segen vberal/
Wend ab all Vnglück vnd Trübsal/
Das best Geschenck ist das Gebeth/
Welches auß trewem Hertzen geht/
Solchs ich hiermit euch thu verehren/
Gott erfüll mein Wunsch vnd begehrn.

Jacobus VVeisse Torgensis,
Sponsæ frater.

DIna das schöne Jungfräwlein/
Jacobs geliebtes Töchterlein/
Auffs Land sich macht vnd vmbspacirt/
Do von Sichem ersehen wirdt/
Dem liebt die Schönheit vnd gestalt/
Die Lieb sein Hertz einnimmet bald/
Daß er thut was sich schickte nicht/
Vnd damit böse Ding anricht/
Wie soll Jacob der fromme Man/
Sein Hertz drüber geengstet han/
Lea die Mutter wird im Hertzn/
Empfangen haben grossen Schmertzn/

Isaac der Großvatr darbey/
Hat sich bekümmert mancherley/
Den Brüdern zorn zum schwert thut rathn/
Im Blut sie sich bey nahen badn/
Vnd hette Gott nicht alls gewendt/
Was hetts genommen für ein endt/
Wie nun viel böß kan richten an/
Ein Kind/ welches sich nicht wil lahn
Ziehen/ der Eltern rath vnd Lehr/
Sondern ist böß je mehr vnd mehr/
Also die Eltern hoch erfrewt/
Ein Kindt mit seiner Frömmigkeit/
An Jungfer Braut das sich befind/
Welch als ein from gehorsam kind/
Fleissig allzeit gefolget hat/
Ihrer liebn Eltern Lehr vnd Rath/
Nun thut jhr wiedr der Herr die Ehr/
Daß sie die Eltern erfrewt sehr/
In dem sie in den Ehestand tritt/
Vnd Ehr vnd Tugend bringet mit/
Jhrn Ehegenossn vnd Gottseligkeit/
Neben Tugend vnd frömmigkeit/
Hie ist gut wündschen Glück vnd Heil/
Vnd kans Gebet thun keinen feil/
Wünsche demnach vnd bitte Gott/
Daß er abwend all klag vnd Noth/

Vom

Von dieſer Ehe vnd geb dabey/
Daß ſie einig vnd friedlich ſey/
Daß im haußhalten ſey reicher Segn/
Aller verluſt ſich wend hergegn/
Gott beſchere Söhn vnd Töchterlein/
So Vatr vnd Mutter ähnlich seyn/
Geſunden Leib vnd langes Lebn/
Woll jhnen Gott der Herr auch geben/
Was mehr zu wünſchn/ wünſch ich dabey/
Gott helff daß mein wunſch kräfftig ſey.

DIna oculis pollens bis ſex ubi vixerat annos,
Sedibus è patriis exſpaciata fuit;
Hanc ubi Sichemus juvenum pulcerrima lampas
Aſpicit, improbitas quod jubet, illud agit.
Heu quas triſticias Pater Optime ſuſtinuiſti
Jacobe! ut mater Liha gravè indoluit!
Ut doluit cânis Iſaacus avus venerandus!
Ut monitrix cædis fratribus ira fuit!
Et niſi ſervâſſet Jacobum numine magno
Ipſe DEus: quæ non orta ſiniſtra forent?
Improba ſi ſuboles contemnit juſſa parentum
Heu dare quàm peſſum ſeſe aliosq; poteſt!
At proba ſi ſuboles ſequitur pia juſſa parentum,
Multa juvare ut quàm ſeſe aliosq; poteſt?
Virgo SABINA piè ſanctos venerata parentes,
Sponſa patrem exhilarat, mater ut exſiliat.
O factum benè! quàm pia quæ dotata virago eſt?
Hcîc poterunt certum pondus habere preces:

O Deus, hoc ſollerte tibi commendo precatu
Conjugium, huic gaude ſemper adeſſe Bonus.

OCtaVo AVgVſto præes MoDò Phæbe ſerene:
SIMonI ſoCIa-VIrgo SabIna DatVr.

accinebat

Valerius Stubenrauch
Not. Publ.

ECce SABINA toro, ſanctè maturrima Virgo,
Se parat: ô Animi gaudia magna mei.
VVeißius affectu patrio quàm gaudet ut ingens,
Implet jam Matris pectora Lætitiæ.
O ſi Conjugium fuit ullo tempore felix,
Hoc ut ſit felix, fac JHOVA conjugium.

Chriſtianus Strauß/ Torgenſis.

Der Veneris verwundter Fuß.

ES In Rösgen iſt ein Blümlein zart/
Einr edlen wolriechenden art.
Als Venus jhren Fuß verwundt/
Von Dorn/ vnd er zu blutn begund/
Hat ſie diß Blümlein edl vnd gut/
Erſchaffen auß jhrem rothen Blut/
Drumb kompts Röslein durch ſtechen her/
Nach der Herren Poeten Lehr/
Muß ſich wegn ſtechens gar viel leidn/
Von Mücken/ vnd kans nicht vermeiden/

Jung-

Jungfräwlein schon / Jungfräwlein zart/
Jungfräwlein from/ lieblichste Art/
Schneeweiß/ quetzschlich/ schön roth / schön
Wolt Gott/ daß ich ein solche hett: (fett/
Schneweisse/ weiche Schwängen rein/
Ihr frommen Tausentschäleckgen mein/
Was meynt jhr wol/ was die Venus/
Vor schmertzen hat an jhrem Fuß/
Als jhr darein ein Dornensspitz/
Biß auffs Blut gab ein tieffen ritz/
Jungfräwlein schön/ Jungfräwlein zart/
Jungfräwlein from/ lieblichste Art/ (fett/
Schneeweiß/ quetzschlich / schön roth / schön
Die jederman gern bey sich hett/
Was meynt jhr wol / was die Venus/
Entpfindt für süsse hertzens lust/
Als auß jhrm schönen Blutströpfflein/
Ein Rößlein ward/ wundr schön vnd fein/
Mit beyden Händen grieff sies an/
Drückts an jhr Näsgen vnd roch dran/
Das gab jhr krafft/ daß sie vorbaß/
Des dornstachels Schmertzen vergaß.
Was riechen Jungfrawen den Rosen ab/
Bey mir ich offt gefraget hab?
Veneris Geblüt in hertzen tieff/
Wie mich dünckt/ jhn auch vberlieff/

Drumb beliebt jhñ der Roſn Natur/
Treibt ſie zur lengſt gewünſchten Cur/
Wolt jhr auch daß euch wachſen ſoll/
Ein Röſgen ſchon vnd riechen wol/
Streckt ewer Füßgen her allbeydt/
Ein dornſpitzgen hat bereit
Venus: wird ſie euch darmit ritzn/
Werd jhr in eitel Roſen ſitzn/
Vnd lachn daß euch für groſſer luſt/
Wird hupffen die linck vnd rechte Bruſt/
Sagt/ Jungfraw Braut/ was düncket euch/
Seit jhr nicht auch der Roſen gleich/
Es muß ein feines Bienglein ſeyn/
Daß ſo fein iſt geflohen ein/
In ewr Sträuchlein/ wie ſänfftiglich/
Zeuchts von euch Hertzensſafft in ſich/
Ich wolt es ſtech euch in ein Fuß/
Vnd geb euch drauff ein Zucker kuß/
Was ſolt drauß werden? Rößlein klein/
Wie auß Venus Blut worden ſeyn/
Herr Breutigam/ thut heint wie ein Bien/
Vbers Jahr werd jhr habn zum gewin
Ein Ros/ ein Röslein/ ein Viol/
Dem laß es Gott vnd euch gehn wol.

S. P. V. N. S. L.

Ze 3655 (4)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-96510-p0026-0

Pon Ze 3655, 2k
f

ULB Halle
3
004 350 60X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-96510-p0027-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-96510-p0028-1

QK. 340. 19.

CARMIN

Auſpicatis Nuptiarum

Ornatiſsimi ac h

Viri-Juvenis,

Dn. SIMO

SCHRODBER

Ampliſſ. ac prudentiſſ. viri,

SCHRODBERGERI, Senatoris & Ædi

ſis ſolertiſſ. piæ recordation

Filij, SPONSI,

Ejuſdemque, pudiciſſimæ ac

SABIN

Spectatiſsimi & O

Dn. CHRISTOPHORI V

ſoris Torgenſis vigilan

SPONSAE;

Torgæ 8. Auguſti die An

CELEBRAT

CONSECRATA.

LIPSIAE, Excudebant hær

am Ende.

Anno Chriſti M. DC.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

e 655

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-96510-p0029-0